

Caeso Gramm Caspar Schröder

Aquas Supra Coelestes a multis hactenus Doctoribus Supra Coelum Sidereum locatas Indultu Sacrae Maiestatis Divinae In Illustri Christian-Albertina, Ex Physeos Tribunali Legitimae sedi restituet Iudicii Praeses Caeso Grammius Ph. Et Med. D. & Prof. P. Ordin. Causam earum pro virili acturo Casparo Schrodero, Bremensi ... ad. d. 15. Dec. ...

Kilonijj: Reumannus, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81713915X>

Druck Freier  Zugang





52 b. 4.

Pa- 2 380 p

A- 58

A- 12

Pr. 119 p

A- 28

a- 8

110 p

20 p

A- 52

107 p 7nd

19 p

92 p

Pr. 32 p

A- 5

A- 12

A- 7

34 p

A- 5

56 p

A- 5

A- 5

A- C

A- C


A- C

A- B

82.


313

Fa-1092 (82.)



2.)





AQVAS
SUPRA COELESSES

à multis hactenus Doctoribus
Supra Coelum Sidereum locatas

INDULTU
SACRÆ MAIESTATIS DIVINÆ
IN ILLUSTRĪ

CHRISTIAN-ALBERTINA,

Ex Physicos Tribunali

Legitimæ sedi restituet

JUDICII PRÆSES

CÆSO GRAMMIUS

PH. ET MED. D. & Prof. P. Ordin.

Causam earum pro virili acturo
CASPARO SCHRODERO,

Bremensi, Phil. & SS. Theol. Cultore

ad. d. 15. Dec.

In Auditorio Majori



KILONI,
Typis JOACHIMI REUMANNI, Acad. Typogr.
Anno 1671.

Iter non ita pridem in *Nubes* usque suscepimus, discituri quomodo ex iisdem *Nix* generetur, & sua consistentiâ, candore, figurâque variâ investiat: quod cum ex voto successerit, idem jam ad eundem repetimus locum; non quidem *iter ecclasticum*, (quale Incomparabilis *Kircherus* lusu ingenii finxit,) sed mentis cogitationumque remigiis institutum: demonstraturi *Aquas Supracælestes* c. 1. *Genes.* descriptas, non nisi per *Nubes* explicari aut posse aut debere. Et quamvis nos nō fugiat, à quamplurimis magni nominis *Viris Aquas hæc* supra cælum sidereum collocari, multaqua pro eâ vindicandâ sententiâ adduci argumenta, quibus ipsi tantum non nostrum ante præbimus assensum: quoniam tamen eam assertionem gravissimis & insuperabilibus pressam animadvertimus difficultatibus; nostra verò majorem probabilitatis verique speciem præ se ferre, & ad textum Biblicum magis quadrare videtur; hanc, infrictis adversæ partis argumentis, hæc vice amplectemur. In quâ petra tractandâ ut ritè & methodicè incedamus, cæterasque, quæ circa hanc rem occurrunt, sententias examinemus, quatuor extruimus capita, quatuor quæ circumferuntur placitis sigillatim excutiendis destinata.

CAPUT I.

Prælibatis nonnullis sententiam Origenis, qui Aq.

Suprac. de Angelis explicavit, refellit.

TH. I. Qui Aquis Supracælestibus in *extimâ cæli sideris superficie* sedem assignant *Physici*, antequam ad rem ipsam se accingant, *binâ* in limine *præmittere atque expedire* opus habent.

II. *Primo* inquirendum, *an ipsis*, quia Naturam tantum sollicitâ mentis indagine rimandam susceperunt, *competat potestas subincudem vocandi Aquas Supracælestes*: quarum *Liber Natura* (qui juxta veteres ex *tribus* conflatus est *paginis, cælo, aquâ & terrâ, totidemque literis, stellis, piscibus & terrestribus cunctis*) nulla offerre vestigia; sed quas solus exhibet *Liber Scriptura*, qui nisi mentionem earum iniecisset, perpetuo fuissent involutæ silentio.

III. Hic respondent, cum non tantum ea, quæ *sola Natura* elatibus protracta nobis manifestat, ad *Physicum* spectent *forum*; sed *omnia omnino, quæ corporum naturalium nomenclaturâ*

rd

rd compr
sit accep
quam re
que oce
IV
fulmina
stientiu
giam dif
los reda
pro libro
ad omni
V.
naturar
tam: ul
VI
fide; d
sit, nisi
autorit
VII
bium c
dum R
cognit
offerun
mam t
nonnu
tur col
nostra
ut eõ i
VIII
cti offi
pro Na
stram p

râ comprehenduntur, siue eorum notitia Naturæ siue Scripturæ sit accepta referenda: se hîc meritò Aquas Supracœlestes, tanquam rem suam & ad Physices Subiectum attinentem invadere atque occupare.

IV. Neque se quicquam metuere *bruta* nonnullorum fulmina per *θεσβαις εις ἀλλο γένος* commissam ipsis exprobrare gentium: quippe qui *sacram Scripturam* (quam inter & Theologiam discrimen ponunt) non pro *disciplinâ* intra arctos cancellos redactâ habent, multò minùs pro *peregrinâ & alienâ*; sed pro *libro communi*, cujus utilitas longè lateque serpat, seseque ad omnes facultates diffundat.

V. *Deinde*, ubi satis probârunt, jure sibi competere hanc naturam Aquarum Supracœlestium intimiùs scrutandi Spartam: ulterius ipsis exponendû, quâ fide eas proponere possint.

VI. Afferunt, *optimâ & firmissimâ sese instructos accedere fide*; de quâ nulli ne minimum quidem scrupulum injici fas sit, nisi qui velit immotæ atque inconcussæ sacrarum literarum auctoritati fronte perfrictâ detrahere.

VII. Neque ullum cuiquam censent suboriri debere dubium circa *obscurum* harum Aquarû usum, ad quem investigandum *Ratio hominum* ipsis non videtur eniti posse: utpote quî cognitum habent atque perspectum, non omnia, quæ sacræ offerunt paginae, ita esse comparata, ut ad rationis nostræ normam tanquam lapidem lydium exigi possint aut debeant; sed nonnulla, etiamsi adversâ fronte cum intellectu nostro videantur collidi, *fide* nihilo minus esse apprehendenda, iisq; indaginis nostræ fascis submittendos, multò quippe sublimioribus, quàm ut eò ingenii nostri imbecillitas assurgere possit.

IX. Verùm enim verò, quamvis isti quidem sic suo defuncti officio videri possint; tenendum tamen contra illos, nos pro *Nubibus* pugnantes, multò majori verisimilitudine rem nostram proponere.

A 2

IX. Ne

IX. Neque enim *primò* ulla nos cogit necessitas verborum ambagibus evincendi, *subjectam materiam*, siquidem in jus vocanda, *nostro* tanquam competenti *sistendam esse foro*. Quis enim est, cui vel dubitare in mentem veniat, quin *Nubes* (quibus congeries atomorum, aquearum quidem maximâ ex parte, sed & aliarum tanquam materia ex quâ adjudicanda, ut in disp. n. de Nive fufius docuimus,) spectent ad *Physicam*, & ad *classem Meteororum Aqueorum*.

X. Illi verò quamvis sese torqueant, nullâ tamen ratione obtinebunt, ut *res*, quæ neque in rerum Naturâ, neque in sacris ita, uti putant, literis existat & proin ad non entium Utopiam ableganda est, per eos *in rerum naturalium societatem* recipiatur.

XI. Quin vel *solius hujus decantati non entis* in gratiam præter omne meritum *Physicæ notam inurere* non dubitant, quasi ea suo ambitu non omnia includeret corpora naturalia. Quæ res si ita haberet, alia præter has Aquas producenda ipsis essent corpora, de quibus, quod sint corpora naturalia, nec in *Physicis* contineantur, constet.

XII. *Deinde fidem*, quam illi jactitant, *potiori jure nostra consiliamus sententia*, quam textui magis conformem postea monstrabimus.

XIII. Et quid sibi vult, quod ita sollicitè inculcent, *nullum hic rationis nostre usum esse* in investigando harum Aquarum usu: cum tamen illa aliàs in naturalibus cæteris locum habeat; nec ullum detur corpus naturale, cujus illa non probabiliter saltem usum (siquidem omnia ad certos usus destinata esse liquet) indagare possit, si non plenariè, saltem ex parte.

XIV. An forte, quoniam ipsimet prævident, rem hanc vix ulli probabilem fore, *præoccupant*; & ne quis unquam in ipsius existentiam inquirat, falsitatemque deprehendat, idcirco rationem hic nihil valere clamitant?

XV. Quanto rectius nos, qui, uti persuasi sumus omnia
crea-

crea-
dem
Dei,
ita h
cujus
facill
X
ad va
anim
unaq
atqu
X
(testi
folyp
priè,
res q
ubi a
riore
X
pang
ritò
attu
X
bere
Ang
quia
men
do c
X
Supr
dis a
cara

creata in eum finem esse producta, ut nos ex exactiori eorundem & usuum quos nobis præstant, scrutinio ad cognitionem Dei, ipsius omnipotentiae, bonitatis & sapientiae deducamur: ita hic lubentissimè Rationem in consortium admittimus, cujus ope Aquarum nostrarum generationem, locum, usum facillimè expeditimus?

XVI. Hisce excussis ad *ipsas Aquas Supracaelestes*, & quidem ad *varias*, quæ circa eas foventur, *sententias* accessum facimus, animo eas expendendi, & collatis rationum momentis, quibus unaquæque stabitur, optimam, quæ *Nubes* insinuat, seligendi atque confirmandi.

XVII. Primum facimus locum pronuntiatio *Origenis*, qui (testimonium perhibentibus *Epiphano* in epist. ad Joan. Hierosolym: & *Hieronymo* in epist. ad Pammach.) Aquas hic non propriè, sed *mysticè ac figuratè* accipit, & de *Angelis* explicat: *superiores* quidem de *bonis Angelis*, quos à Davide notari putat Pl. 148. ubi aquæ supra cælos jubentur nomen Domini laudare; *inferiores* verò de *malis* è cælo hûc loci detrufis.

XVIII. Sed uti in aliis *Origenes*, ita in hoc quoque dogmate pangendo *insignem & notorium* commisit errorem, & proinde *merito reprimitur* à laudatis Autoribus, è quibus ipsius sententiam attulimus.

XIX. Et videtur (1.) ad eum confutandum satis roboris habere argumentum *Epiphani*, quod exc. 7. Genes. struit, quando *Angelos* Aquarum nomine venire non posse idcirco putat; quia *Aque Supracaelestes* ruptis cæli catarrhactis *effusa fuerunt* ad mergendas diluvio terras, id quod tamen de *Angelis* nullo modo dici potest.

XX. In eo sanè faciles *Epiphano* adspulamur, quod *Aque Supracaelestes* factæ velut agmine quæ data porta in terram undis absorbendam de super irruerint, & proinde *Angelos* significare nullo modo possint: verum quod *ista Aqua supra cælum si-*

derum fuerint reposita, ideoque descensu suo firmamentum pervenerint, pernegamus.

XXI. Et quamvis *συμφήσεις* habeat Epiphanius *Engubinam* in annot. ad Genes. & *Oleastr.* sup. cap. 7. Gen. videtur tamen nobis verosimillimum, per *catarrhactas* vel *fenestras cœli hic firmamenti fissuram*, omninò non audiendam esse, neq; aquas quasdam ultra Cœlum astriferum latentes quicquam ad diluvium contulisse.

XXII. Rationem allegamus non *Tostati*, quippe quem (quando arbitratur Aq. suprac. quia sunt *crystallinæ*, congelata & *solidæ*, nec proinde ejusdem cum aquâ elementari natura, hûc nihil facere potuisse) lapsum esse omninò existimamus, errorem hunc deinceps *explosuri*: sed (1.) *hanc*, quod (etiamsi jam animi gratiâ ponamus, Aquas sup: cœlo stellato incumbere, quas tamen deinde hinc exigemus) opus non fuerit extraordinario istiusmodi aquarum concursu ad diluvium, quoniam *nubes* tantam aquæ copiam fundere potuerunt, quanta ad telurem obruendam sufficeret; præsertim si dicamus ipsas à nimio aquarum pondere fuisse *ingenti hiatus ruptas*, quales sæpius magnos terrarum tractus inundasse ex historiis constat.

XXIII. (2.) Quod si aqua è cœli siderei superficie in terram prouissent vel *totæ* vel *ex parte*; vel *totum istud spatium* supra firmamentum, vel *partem istius* reliquissent *vacuam contra naturæ ordinem*: quoniam aliud corpus in locum succedere non potuit.

XXIV. (3.) Quod *frustrâ* à Davide aliisque in sacris literis *provocarentur ad Dei laudes*, si quidem per tot jam retrò acta *secula* fuissent *absumptæ*.

XXV. (4.) Quod non capiamus, [quâ ratione etiam *Peregrinus* utitur in Comm. ad c. 7. Gen.] potuisse *oculo cœlos* s. orbes stellarum à defluentibus aquis ita *disrumpi*, ut aquis descensus in terram pateret, & *rursus eosdem omnes ocludi* & *redintegrari*, *nullo notabili relicto detrimento*: nisi quis hîc ad actionem Dei miraculosam velit confugere, de quâ altum silent s. B. blia.

XXVI. Existimamus itaque *phrasin hanc*, quâ *fissuræ cœli*

dicuntur fuisse *reclusa*, esse *metaphoricam*, & adhibitam fuisse ad insinuandam *immensam aquarum vim*, quæ tamen non profluxit è caelo sidereo, sed è *nubibus* per secundam aëris regionem ultro citroque commeanibus: præsertim cum S. Scripturæ solenne sit *aërem quoque cæli nomine* indigitare.

XXVII. Et hanc nostram *sententiam recto stare tulo*, non obscure indicant ea verba textus, quibus cap. 7. Gen. v. 12, *pluvia* 40. dierum in terram dicitur esse delapsa: quæ *pluvia* cum non possit nisi è *nubibus* suam trahere originem, neque nisi è *nubibus* in tellurem descendere potuit.

XXIX. Hinc item consonat cap. 9. Gen. ubi Deus *iridem collocat in nubibus*, ut sibi revocet in memoriam *foedus, quod pepigit cum hominibus*, ne in posterum eis, *nubes ducens*, diluvium immittat. Quid opus fuisset arcum in *nubibus* ponere, tanquam signum foederis, quod inter Deum & homines intercedat de non amplius immittendo diluvio; nisi è *nubibus* diluvium fuisset pronatum? & quare Deus vellet tunc, quando *nubes rebit*, in memoriam foederis regredi, nisi è *nubibus* aquam diluvii profudisset? Sed quò nos abripuit erronea Epiphaniï sententia? Redeamus è diverticulo in viam.

XXIX. Convellimus itaque (2.) *Origenis allegoriam*, dicendo, Moſen hoc loco *Historicum* agere, & proinde leges quoque observare boni Historici: cujus partes sunt *Lectorem summe de rebus gestis, prout gesta sunt, fideliter informare*, non verò animum ipsius allegoriis & verborum ambiguitatibus suspensum tenere.

XXX. (3.) Occurrunt *expressa* in S. Scripturâ *loca*, præsertim Ps. 148. & Cantic. 3. puer quibus, cum Dei opera ad laudes ipsius decantandas invitantur, exsertis verbis *Angeli* priore loco quam *Aqua supracælestes* recensentur, & *Aquis suprac.* apertissime *contradistinguuntur*: quæ *distinctio* nullius sanè fuisset usûs, si Angeli ab Aquis suprac. re ipsâ non differrent.

XXXI. (4.) Quænam quæso intercedit *affinitas* aut *convenientia*, ob quam *Angeli* per *Aquas* fuissent describendi? de qua-

rum tamen naturâ neque ratione originis, neque ratione essentia suâ participant.

XXXII. Quamvis verò hæc ita sese habeant, & *Aquæ nostræ* hanc acceptionem pati non possint: sunt enim Angeli *Spiritus*, neque ullo materiæ commercio consortioque gaudent; nihilo secius in hanc tamen sententiam propendere videtur *Celebratissimus Hipponensium Præsul*, quando cap. II. lib. prioris de *Genes. contr. Manich.* per *aquas Materiam* interpretatur, & per *supracælestes* quidem *materiam rerum invisibilium* & *supracælestium*; per *infracælestes* verò *corporum inferiorum* & *sublunarium*.

XXXIII. Neque ex *Judæis* desunt, qui *Origeni* album adjiciant calculum. Sunt enim, qui referente *R. Mose Albida* in comm. suo *Philos. in Pentat.* dicant. *aquas superiores esse entia superiora, & quæ sunt sub expanso, esse entia inferiora, quoniam omnia entia comprehenduntur sub nomine aquæ ex sententiâ multorum interpretum.*

XXXIV. Verùm *Augustini* famæ hîc consuli facilè potest, quippe qui l. c. in proximè subseqq. verbis sententiam suam explicat carrigitque; de *Judæis* verò non valdè laboramus, utpote qui figmentis hisce aliisque fabulis anilibus delectantur.

CAP. II.

Bonaventuram aliosque, qui *Aquas suprac.* per cœlum *CrySTALLINUM* interpretantur, reprimis.

I. *Origenis* sententiæ aliam subjicimus & longè diversam, quam *Bonaventura* in lib. 2, sent. dist. 14. *Egidius* in 2. part. op. quod scripsit in *Hexaemeron*, cap. 14. *Nicolaus de Lira*, *Tostatus*, *Cajetanus* & *Catharinus* fovent: qui omnes per *Aq. suprac. Cœlum* significari volunt *nozum*, *CrySTALLINUM* vulgò dictum.

II. Et ut hîc faciliùs hanc suam propugnent sententiam, *firmamenti* nomine non nisi octo subjectos stellarum orbis accipiunt, quibus *cœlum* suum *CrySTALLINUM* superstruunt, ut nimirum hæc ratione *supra firmamentum* collocatum censerî possit.

III. Q.

III.
psit B
tueri p
fficit.

IV.

qu. II.

alii:

ante e

flatur

quâ fi

lum t

tantu

videt

cum a

quam

V.

luti so

su rep

VI.

quin

in orb

tinuu

per q

VI

firmam

nonr

non t

lacion

praco

lum p

sum à

mne:

III. Omnium luculentissimè hic mentem suam exprompsit Bonaventura l. c. qui putat cœlum hoc aquarum nomen facile trahi posse, quoniam ad aquæ naturam accedit, tam quoad perspicuitatem, quàm quoad refrigerandi virtutem.

IV. Facilius verò hanc sententiam cœlo vindicarunt Theodericus. II. in Genes. in c. 1. l. 1. de antiq. Judaic. Beda in Hexaem. & alii: qui pro solido illud habentes corpore, ex aquâ, quæ tenuis ante erat & fluida, coactâ & in duritiem crystalli condensatâ conflatum esse arbitrantur, non secus ac lapis Crystallus ipsis ex aquâ firmissimè compactâ indurataque concrevit: ut adeò cœlum tum non videatur discrepare ab aquis substantialiter, sed tantummodò accidentaliter, solâ sc. consistentiâ, quomodo Nix videtur differre ab aquâ; reliquas verò proprietates omnes cum aquis retineat communes, ne gravitate quidem exceptâ, quam tamen Bonaventura cœlo crystallino denegat.

V. Verùm quia absurditates hoc dogma fovet in sinu, veluti forex suo ipse sese prodit indicio, sibilumque pro applausu reportat.

VI. Quis enim (1.) hodie tam hospes est in Scientiâ Physica, quin sciat, cœlum non ex firmâ concretæque materia constare, nec in orbem reales & solidos, esse distinctum; sed esse corpus unum continuum, fluidum, ejusdemque substantiæ, tenuissimæ & subtilissimæ, per quam stellæ nunc ascendunt, nunc descendunt?

VII. Quis (2.) ignorat, neque *σπερμα* apud Græcos, neque *firmamentum* apud Latinos (quippe quæ vocabula Hebræo *רָקִיעַ* non respondent, cum id denotet *expansum* adeoque competat non tantum *compactis densatisq.* sed & *tenuibus* corporibus) appellationem suam sortiri à *substantiæ firmitate*, quasi eâ aquis supracœlestibus deorsum vergere nitentibus obicem & repagulum ponat; sed inde quod in suâ nativâ sede *firmum atq. inconcussum* à mundi usque exordio *perstet* & ne hili quidem faciat omnes ex transverso intercurrentes hostiles insultus, qui cor-

poribus subcœlestibus ruinam sæpè inferunt & summa imis
miscent.

VIII. Quis (3.) ex hisce S. Scripturæ verbis: *fiat expansum
inter aquas &c.* vel explicitè vel per bonam consequentiam ex-
sculpet, tum *ex aquis* coaluisse cœlum nonum? quod tamen ab
hoc expanso differre, & ante *hoc* existisse, deinceps manifestum
evadet.

IX. Quis (4.) etiam si ponamus, non concedamus, cœlum
aquæ suam debere originem, sibi persuadebit, aquas istas ilicò
in Crystalli soliditatem abiisse?

X. Ad lapidis Crystalli generationem qui confugiunt, indeq; cœ-
li productionem demonstrare satagunt, frustra sanè sunt: ne-
que enim hodiernum in isto antiquorum versamur errore, quo
Crystallum à xp̄o & gelu & *sed* contrahio derivant, nomenq;
hoc abunde de origine ipsius, quam juxta ipsos ex glacie con-
gelatâ in montibus trahit frigidissimis, testari atumant.

XI. Sed (1.) sumus ex Chymicis fundamentis edocti, *Solem*
esse *principium coagulatorium*, quod corporibus soliditatem,
compactionemque largiatur, & idcirco aquam solam frigoris
beneficio constrictam in istiusmodi densitatem firmitudinem-
que coagulari non posse (2.) certis experiètiis instructi, qui-
bus Crystallum non ab igne fundi & lique fieri ritu eorum corpo-
rum, quæ frigus ex aquis conglutinavit, sed *in calcem redigi con-*
stat. (3.) ex Autoribus fide dignis confirmati, Crystallum *in eis* e-
tiam locis generari, quæ calore nunquam destituuntur.

XII. Ex quibus denique indicis compertam habet Bonaven-
tura virtutem cœli Crystallini refrigeratorem: aut undenam ipse
divinavit facultatem hanc non formaliter, sed virtualiter Cœlo
convenire?

XIII. Quâ quæso ratione, si virtualiter inest, istud suum frigus
exferet? Forte eo modo, quo Peripatetici Solem non subjectivè
calidum, nihilo minus calorem in sublunariis excitare credunt,
lumine scilicet, motu & radiis.

XIV. Ve-

XIV
te cœlo
phis pa
tius co

Sente

I.
Expans
quas, q

II.
fici non
Hunni
neus, l
dum h
Script
quam

III.
rum r
quod
Helen
nistas
victas

IV.
Exigu
O'DW
potiu
Arab

sepe
quas
cui it
tere p

XIV. Verùm *lumen & radios* ipsimet hūc non trahent, utpote cœlo planè non competentia. Sed nec *in motu* quicquam ipsis paratum est auxilii, quoniam ille non *frigus* sed *calorem* potius concitaret.

CAP. III.

Sententiam eorum, qui Aquas supr. ultra Cœlum sidereum evehunt, excussis, quæ pro eâ pugnant, argumentis, rejicit.

I. Bonaventuræ placitum excipit nobis *sententia eorum*, qui *Expansum* ץׁפּל pro cœlo sidereo accipiunt, & consequenter Aquas, quas *Expansum* di vulsit, *supra cœlum sidereum* elevant.

II. Album huic dogmati calculum adjecere *Theologi & Physici* non infimæ notæ, uti *Lutherus, Gerhardus, Gesnerus, Helvicus, Hunnius, Rungius, Meisnerus &c. Vallesius, Mendoza, Libavius, Dandæus, Wendelinus, Sperlingius &c.* ut adeo, si *authoritatibus* standum hūc esset, nec numero minores, nec celebritate inferiores *Scriptores* pro hâc opinione allegari possent, quàm pro eâ, quam huic subnectemus,

III. Verùm quoniam *autoritates* etiam Maximorum Virorum tanti non sunt, ut quippiam nobis persuadere possint, quod *Ratio & Veritas* non dicitant: *arma*, quibus hanc suam Helenam defendunt, in apicum proferamus, iisque Antagonistas nostros exuamus, ut nudati tandem *Alethæ* cogantur victas dare manus.

IV. Non omnia verò *ARMA* æquè certè & æquè acutè feriunt, Exiguarum omninò sunt virium, quæ nunc ex notatione vocis םׁפּל, quasi ibi aquæ (quam nos planè rejicimus, deducentes potius cum Accuratoriibus Hebræis illud vocabulum à radice Arab. םׁפּל altum esse) nunc ex etymo. םׁפּל, & Græcæ vocis *σπερματικῆς* & Latinorum firmamenti (quæ verba per rerum, quas notant, soliditatem interpretantes non nisi cœlo stellato, cui itidem firmitatem atque compactionem tribuunt, competere posse judicant); nunc ex Deuter. 33. v. 26. & Ps. 89. v. 7. in-

quibus locis *nubes* legunt superiores, & exinde *nubes aquosas* etiam Cœlo supremo inferunt, petuntur.

V. *Alia* itaque in auxilium accersunt, quibus hostes certius obtineri posse censent. *Primo loco* in ipsa acie collocant S. Scripturam, quæ, uti existimant, sat planis, sat disertis, sat perspicuis verbis Gen. i. v. 8. *expansum* à Deo *cœli* nomenclaturâ donatum esse asseverat, & adeo apertissime evincit, non hic *aërem* ex expansi voce extundi posse, sed cœlum sidereum inde optimâ interpretatione fluere, & consequenter aquas supra illud, non v. supra aërem esse repositas.

VI. Et *cœlum* hic *sidereum* admittendum esse, tanquam quod sit opus secundi diei, vel ideò arbitrantur: quoniam alias planè ex c. i. Gen. *in specie* non elucescit, quando & quâ ratione cœlum illud à Deo sit exstructum. Neque enim quarto die, quo luminaria in cœlo sunt suspensa, cœlum demùm cœpit existere, sed jam existit: neque v. i. cœli fabricam describerentur, & cœlum proin ante omnia reliqua corpora esse fabrefactum; sed ibi *in genere* tantum mentionem fieri cœli & terræ, quorum appellatione totum tùm veniat universum, & nihil aliud denotetur, quam universam hanc machinam ex cœlo & terrâ constantem in tempore cœpisse condi.

VII. *Primum hoc argumentum*, quoniam agmen ducit inter reliqua, & in eo plurimum situm esse videtur momenti, ut in-frigamus, alloborandum nobis est sedulo: *hoc enim everso*, corruet *tota*, quæ huic superstruitur *sententia*; neque erit, cur Auctores plurimi, qui vel solius *Scripturae infallibili auctoritate omnes*, quibus hæc opinio urgetur, *difficultates diluendas censuerunt*, amplius dogmatis istius patrocinium in se suscipiant, quando scilicet nihil auxilii ex sacro textu sibi spondere possunt.

VIII. *Dicimus* itaque & quidem liberè dicimus, Genes. i. v. 6. 7. & 8. per *expansum* quod *cœli* nomine insignitur, omninò

non

non in
cris sa
Job. 2
pra ex
consist

IX.

non sp
si mal
cundi
aëris p
ctio a

V.

de, qu
tio op
Conf
niver
fessor

Dispu

X

hic n
talem
sum o
ret, i
hujus
horu

& per
supp

XI

fanè
fieri
quæ
nium

non indigitari *cælum sidereum*, sed *solum aërem*, quippe qui in sacris sæpe etiam *cœli* nomine venit, ut Ps. 8. v. 9. Deut. 4. v. 17. Job. 2. v. 12. Lev. 26. v. 19. Deut. 28. v. 12. ut adeò *aquæ*, quæ *supra expansum sunt* evecæ, non *supra cælum astriferum*, sed *aërem* consistere, dicendæ sint.

IX. Probationis loco asserimus I. *ad opera secundæ diei planè non spectare cœli stellati creationem*, & proinde vocabulum *expansi* malè ad illud detorqueri, de quo in delineatione operum secundæ diei nullo modo agitur; sed ibi tantum *expansi*, id est, *aëris productio*, & *aquarum superiorum* ab inferioribus distinctio adumbratur.

V. Quæ sententia quod ex asse vero congruat, patet (i.) inde, quod expresse in c. 1. Gen. principio, *cœli, terræ & aquæ creatio* operibus *primi diei* accenseatur & luci proximè præmittatur. Consule sis Theologi Consummatissimi, D. D. *Petri Musæi*, Universitatis nostræ Præcancellarii Magnifici, & S. S. Theol. Professoris Primarii, Fautoris nostri & Collegæ Honoratissimi, Disputat. Theol. c. 4. th. 14. & 15.

XI. Et quamvis hoc de *cælo terræ & aquâ* à nonnullis, qui hic non horum corporum *creationem* describi autumant, sed talem tantum fieri mentionem, quæ eorum tanquam universum constituentium *productionem in tempore fuisse factam* declararet, in dubium vocetur; hi tamen facilè refutantur ex seqq. hujus capituli versibus: in quibus nunquam recurrit mentio horum corporum, quatenus *creantur*, sed quatenus *exornantur & perficiuntur*: quæ sanè *exornatio* infallibiliter *existentiam* præsupponit.

XII. Sic 2. die datur *aquarum non creatio*, sed *distinctio*, quæ sanè nisi aqua jam extitisset & præcedente die cœpisset existere, fieri non potuisset. Sic 3. die datur *terræ non creatio* sed *separatio*, quæ itidem de terræ existentia certissimum perhibet testimonium.

B 3

XIII. Et

XIII. Et quoniam hoc de aquâ & terrâ obtinet, quare non eodem modo obtineret de cœlo, utpote cujus mentio in vers. 1. non secus fit, atque terræ, & aquæ, imò terræ & aquæ præponitur? Obtinere v. illud de cœlo, argumento est 4. dies, in quo *cœli exornatio* occurrit, *creatione* planè omiffa & ad primū diē rejecta.

XIV. Hujus sententiæ veritas (2.) confirmatur ex eo, quod *Lux* primo die sit formata. Jam v. *Lux* est formata *ex partibus substantiæ cœlestis luminosis*, quæ quamdiu *tenuitatem suam*, *perspicuitatem atque subtilitatem* retinent, oculis nequese, neque lucem ingerunt; *conjuncta v. congregatæ*, densatæque visum incurrunr & quæ ipsis inest, *lucem* manifestant. Deinde *Lux* non in alio potuit consistere corpore quàm in cœlo, è cujus partibus suam trahit originem. Ergò nexu hinc deducitur firmissimo, *cælum primo die esse conditum*, utpote quod *est lucem recipere & gignere deberet.*

XV. II. Ulterius probaturi, dictisque Ponderis addituri, quod nim. \aleph aërem h. l. denotet, *Rationem Aslachi*, quam offert Physic. Christian. Spec. p. 178. & seqq. probl. 1. *nostram facimus*, quâ vocem \aleph non nisi *expansionem aëream* inferre inde colligit, quoniam quater *prefixum gerit in fronte* \aleph *demonstrativum*, quod quodocunque in sacris literis \aleph jungitur, semper pro aere sumitur.

XVI. Non de nihilo sunt hæc Aslachi verba. \aleph enim demonstrativum, quoniam *non semper* tanquam individuus comes \aleph apponitur, sed *interdum*; videtur sanè, quando adhibetur, *non frustra adhiberi*, sed *intento veluti digitorem eam*, cui adbareret, *monstrare*: quæ tamen *demonstratio* cum non possit cadere in *cælum astriferum*, quippe quod ob summam subtilitatem ac perspicuitatem visui nostro se non sistit; sed in *aërem*, non quidem per se, sed per vapores lumini permistos, *varios exhibentem colores*: rectè hinc infertur per \aleph \aleph non *cælum fiderem*, sed *aërem* insinuari.

XVII. Et

XV
ex fa
do o
git, q
12. v.
X
Ad P
jicer
babe
Dav
M. fa
dubi
& sic
men
est m
tur,
bile
Dei

Sple
qua
mè j
ve e
dan
pra
fede
)
nifi
lum
mè
)
dun

XVII. Et quidem *bucillatio* vel ideò *plur rohoris* habet, quod ex sacris Bibliis *loca* depromi possint, in quibus *רדל* *semper*, quando occurrit, *communem* *רס* *ררר* *significationem* ad *aërem* *restringit*, qualia ex *Aslacho* damus Ps. 19. v. 1 Ezech. 1. v. 22. 25. 26. Dan. 12. v. 3.

XVIII. In *hisce locis* *aërem* indicari, breviter ita conficimus. Ad Ps. 19. dicimus, non videri vero simile, (hoc enim quis obijcere posset) *cælos* ibidem *& expansum* pro uno eodemque corpore *haberi*, quod binis diversis vocabilibus sit elatum; sed, quoniam *Davidi* decretum fuit, liquidum facere, quomodo *Dei* ter O. M. *sapientia*, *potentia* &c. elucescant ex operibus ipsius, procul dubio non *soli cælo* immoratus est; sed *factâ cælorum*, quorum & *siderum* *fabrica* de *Dei* *omnipotentia* non obscure testatur, *mentionem*, *aërem* quoque *subjunxit*; quippe qui non minus *opus est manuum Dei*, & propter *plurima stupenda*, quæ in eo generantur, *corpora*, uti sunt *tonitrua*, *fulgura*, *nubes* &c. non minus *mirabilem* suam *structuram* nobis *commendat*, *augustissimisque* *Dei* *laudibus* *cumulum* *adjicit*.

XIX. Locus *Ezechielis* c. 1. ubi *רדל* *ter* legitur, *nativâ luce* splendet, ut adeò *ascititia* non indigeat. Quoniam enim ibi *quatuor animalia* dicuntur *è nube* v. 5. *prodire*, dicuntur *proximè supra terram* fuisse v. 15. *concludimus* *optimo jure*, *ררר* *sive* *expansum*, quod *proximè hæc animalia* uti *aulæum* quoddam *tegebat*, *non fuisse nisi aërem*. Imò v. 25. dicitur *tonitru supra animalium caput* esse *excitatum*, quod utique de *natali tonitru sede*, *aëris* sc. *secundæ regione* nos certos facit.

XX. Locum *Danielis* ex cap. 12. v. 3. per *splendorem* *ררר*, non nisi *aëris splendorem* innuere, vel ideò *statuimus*, quoniam *cælum* *sibi relictum* *splendorem* oculis nostris non *offundit*; qui tamen *aëri*, uti ex th. 16. *liquet*, *denegare* nequit.

XXI. III. Per *ררר* *non cælum* *sidereum*, sed *aërem* *accipiendum* esse, hoc *documento* est, quod in *toto cap. 1. Gen.* *quando*

docunque $\Upsilon\text{P}\Gamma$ cœlo assignatur astrifero, id non solitariè ponatur, sed cum voce $\square\text{D}\text{W}$ junctum, uti innotescit ex v. 15. & 16. quâ sane limitatione Moses videtur scrupulum Lectori, quem ipsi communis $\text{r}\delta$ $\Upsilon\text{P}\Gamma$ significatus movere posset in v. 6. 7. & 8. eximere voluisse. Quam observationem itidem debemus Aslacho lib. c. p. 183. & 198.

XXII. IV. Quoniam, quando dubius occurrit locus, cujus sensum non ita facilè rimari possunt Theologi, eidem ex aliis locis parallelis lucem fœnerari solent: meritò & hic alia loca sunt excutienda, unde lux huic controverso textui affulgere possit: at hæc tantum abest ut sententiæ Adversariorum nostrorum faveant, ut nostram potius diserte astruant, & $\Upsilon\text{P}\Gamma$ non nisi aëri tribuendum esse demonstrant.

XXIII. Prodeat hic primum, quem pro se facere existimant, Ps. 148. v. 4. ubi aquæ, quæ sunt supra cœlos, citantur. Quæ aquæ ab adversâ quidem parte hic censentur manifestè supra cœlos stellatos poni, quoniam earum ea orationis series meminit, quæ creaturas superiores uti Angelos, stellas &c. recenset, ut adeò non sit credibile Davidem in superioribus occupatum tam præcipiti lapsu ad nubes descendisse: quas demum v. 8. memorari credunt, non quidem explicitè, sed implicitè, voce grandinis & nivis, quæ è nubibus suam trahunt originem.

XXI. Sed obstat huic, quam dant, explanationi ipse textus, qui discernit inter cœlos cœlorum, id est, superiores, & inter hoc cœlum $\square\text{D}\text{W}\text{H}$: & aquæ hic non supra cœlos cœlorum sitæ esse dicuntur (deberent autè supra cœlos cœlorum consistere, si in extimâ cœli sideri superficie locum haberent) sed supra hoc cœlum, quod sc. nobis est proximum, acieque oculorum dijudicatur; certo indicio, aquas hic descriptas non nisi in nubibus, quas hoc cœlum exhibet, hæere.

XXV. Quod verò dicunt nubes non v. 4. sed 8. exprimi à Psal- te, videtur à textu alienum. Quin dicimus cum Aslacho ex l. I. de

de cœl. nominat se enum

XX

nem crea

statim v

citant,

res, post

tamen i

grandin

atque o

X

mè post

si ignem

XX

itidem

aquis si

dereum

sum ca

nem in

tes irri

XX

die dici

tam ha

in Can

fat, ad

thero)

rum pr

expans

senten

famili

X

8. v. 3

minat

aeris r

cis, qu

nubes

XXII

de cœl. aër. cap. 5. pag. 26. vel idèd, quia nubes v. 8. in quo tamen merito nominari deberent, silentio prætermittuntur, statuendum esse, eas v. 4. fuisse enumeratas, & tum quidem v. 8. omitti, ne in eodem textu bis recurrant.

XXVI. Frustrà verò urgent, *interturbari* hâc ratione à nobis *ordinem creaturarum superiorum & inferiorum*, si nubes cœlorum mentioni statim velimus subjicere. Neque enim Psaltes ordinem eum, quem hic jactitant, observavit, quoniam Angelos, qui tamen cœli fabricâ sunt superiores, post cœlos adducit: deinde Solem & Lunam præmittit aliis stellis, quas tamen illis constat esse superiores: porro cetos omnes & profunditates igne, grandine, niv. priores numerat; quæ rerum series manifestè *earum suum atque ordini* repugnat.

XXVII. Et *quænam* quæso hâc est *ordinis inversio*, si aërem proximè post cœlos locemus: annon aer cœlos proximè excipit? Credo sanè, nisi ignem sub concavo Lunæ statuere quis auserit.

XXVIII. Psalmo 148. addimus *alium locum*, per quem locus Genes. itidem explicatur, nimirum Ps. 104. v. 3. Ubi Deus dicitur *contignasse in aquis sua superiora*: quæ sanè verba prima fronte ad aquas supra cœlum sidereum transferri possent ab hujus sententiæ Patronis, non secus uti Expansum cap. 1. Gen. ad Cœlum astriferum. Verum Psaltes aliam explicationem in ejusdem Psalmi v. 13. subjungit, quando ex iisdem *superioribus montes irrigari* refert; quæ irrigatio non nisi è nubibus derivanda est.

XXIX. Annecteremus testimonium *Hezra* ex l. 4. c. 6. v. 41. ubi secundo die dicitur creatus *aer expansi*, in Germ. vers. *die sufft der Beste* / nisi paratam haberent objectionem: quod autoritas librorum *Esdæ*, qui non sunt in Canone, nullius apud Theologos sit valoris, ut ad eò à *Luthero* in præfat. ad Proph. Bar. *Æsopo* censeatur inferior, ab *Hieron.* (citante d. l. *Luthero*) pro somniis reputentur, quæ lib. 4. habentur. Sed quamvis parum pretii sit ponendum iis, quæ *Hezra* offert, non tamen videtur hâc de expanso secundi diei explicatio planè esse rejicienda. Forsan arguit hanc sententiam, quia *Hezra* eam recepit, tum temporis fuisse scripturæ peritis familiarem, & verba Gen. 5. occurrentia hoc sensu fuisse accepta.

XXX. Tandem *ea* quoque adducimus *loca*, ex Deut. 11. v. 17. 1. Reg. 8. v. 38. Paralip. 6. v. 26. Luc. 4. v. 25. quibus Deus, quando siccitatem minatur, se *Cœlum* clausurum esse dicit: quod tamen *cœlum* non nisi *eam aeris regionem* notat, è quâ pluvix suppeditantur. Quia ergò in hisce locis, quando cunque de *aere* sermo est, *cœli* vocabulum est in usu, & *pluvia nubesque cœlo* inferuntur: utique etiam c. 1. Gen. *Cœlum* illud, cujus no-

men expanso imponitur, probabilius ad aerem refertur, quam cœlum stel-
latum: præsertim cum hæc ratione cum eo textu reliquæ scripturæ loca de
aere agentia commodius conciliari possint.

XXXI. Hactenus itaque *primo* eorum *argumento* convellendo im-
morati fuimus; quod quoniam arctius stringere videbatur, quam reliqua
omnia (siquidem si Scriptura has aquas ultra cœlum sidereum evertas ma-
nifestè in rerum naturam in vexisset, ipsius auctoritati sine ullâ mutatione
acquiescendum fuisset) majori diligentia rationumque mole labefactan-
dum nobis fuit.

XXXII. Ad *alia* jam eorum argumenta, quæ *primo* operâ præstant suc-
centuriatâ, esset transeundû: verum reservamus ea ad sequens caput, quo no-
strâ sententiâ afferremus, quia iste locus iis cõsultandis videtur commodior.

XXXIII. Hic verò, postquam Adversariorum dogma Scripturæ testi-
monio fulciri non posse expedivimus, pergimus *aliis idoneis rationibus* om-
ninem huic opinioni probabilitatem auferre. Quoniam *v. istæ rationes*
insigni cumulo ab Autoribus coacervantur, nec tamen omnes *probandi vim*
aquam obtinent, *delectum* inter eas instituemus, præcisissimis, quæ parvi vi-
dentur momenti.

XXXIV. Quæcunque ergò de particula $\gamma\gamma$ cœlo sidereo non com-
petenti; de totâ mole aquæ, quæ infra cœlum sidereum stetit, & proinde
ultra illud rejici non potuit: de geminis aquis, nubium sc. & marinis su-
pracœlestes excludentibus: de eo, quod cœlum sidereum non potuerit
aquas ab invicem distinguere, quoniam ipsi non proximè subjacent aquæ
&c: conquirunt, nos omnia facimus missa: ad ea enim facilis patet respon-
sio eis, qui huic sententiæ, quam rejicimus, sunt additi.

XXXV. Sed urgemus contra eos, (1.) quod, cum *totus globus ter-
renus* cum cœlo collatus sidereo; non nisi *puncti rationem* obtinere dica-
tur; *aquæ* verò subcœlestes *ne totum quidem hoc punctum, sed partem tan-
tùm eius constituent*: aquarum harum ad supracœlestes *vix talis sit futu-
ra ratio, qualis est guttæ unius ad Oceanum*, uti rectè argumentatur *Aslach.*
Ph. Ch. sp. p. 203. *Distinctio* verò & *divisio* est, *quæ quid in partes dividitur*,
quæ partes quamvis non semper ex æquissimo teneantur esse æquales, tales
tamen debent esse, ut *quodammodo sibi magnitudine respondeant*. Sic po-
mum e. g. dicitur divisum, quando in bina aut plura frustra dissecatur: quæ
frusta, ut omnino æqualis sint magnitudinis, non quidem requiritur; si
quis verò integro pomo in eximâ superficie minimam quandam particu-
lam *vix acus cuspidem magnitudine æquantem* abraderet, quis eum po-
mum

mum d
sionem
tem nu

XX

fitâ incl
suam n

rerum

ponñ lo

suprem

XX

sendun

quod ip

detur ip

gnasset

plum e

habuiss

disposi

turam

litate

deorsu

è contr

bono un

objecti

litate,

(præse

XX

nim A

care.

ablega

nuncia

corpor

quâ na

est de p

obtru

Y

ex eog

ser; no

num divisisse affirmaret. Neutiquam idcirco credibile est, Deum' divisionem instituisse inter ea corpora, inter quæ planè ob summam inæqualitatem nulla divisio locum habuisset.

XXXVI. Urgemus (2.) quod quoniam *Aqua corpus est grave, & infitâ inclinatione deorsum tendit, non possit supra cælum sidereum nisi contra suam naturam & tanquam in loco violento detineri.* Deum verò in primâ rerum creatione tantam vim naturæ intulisse, ut illud corpus, cui ex innatâ potè locus debebatur infra stellas & aerem, in verso ordine in loco omnium supremo cogeretur hære, statuerè nefas est.

XXXVII. Hic regerunt, locum istum aquis minimè violentum esse censendum, quia illis à Deo est attributus: *id enim cuique corpori naturale esse, quod ipsi in primâ rerum creatione à Deo ter O. M. est collatum.* Neque videtur ipsis Autor Naturæ esse accusandus, quasi *inconvenientem locum* assignasset aquis, quoniam his aquis *non eadem cum reliquis obtigit sedes*: ipsum enim omnium optimè omnium corporum futuros usus præcognitos habuisse, & proinde, quando *ob majus bonum universi* de aquis hisce aliter disposuit, quàm aliàs in universo cernere est, non dicendum esse *contra naturam eorum* quicquam commisisse: sed potius *is aquis* ob publicam utilitatem *eam naturam indulisse*, ut quemadmodum aliis aquis naturale est deorsum vergere, ita hisce naturale esset in supremo quiescere loco: quin è contrario *summam Dei sapientiam* hinc esse colligendam, ut qui *universi bono unius corporis naturam accommodandâ* censuerit. Præterea hæc nostrâ objectione omnipotentæ divinæ aliquid decedere quasi ea *non eadem facilitate, quâ aquas ligat in nubibus, eas supra cælum sidereum detinere possit* (præsertim quia utilitas universitatis quid exigit,) ut non ruant deorsum.

XXXVIII. Sed facile istius modi objectiones diluimus. Dicimus enim Adversarios nostros *omnia ea, quæ opponunt, falsæ hypotbesi inædificare.* Si enim *liquido probatum dare possent*, Aquas ad eum locum esse ablegatas in primâ creatione; utique istum iis locum naturalem esse pronunciandum foret: quia Autor Naturæ pro lubitu & arbitrio, uti cuilibet corpori suam, ita hisce quoque Aquis hanc aptitudinem imprimere potuit, quâ naturaliter loca incolerent superna; verùm *quia iste locus iis planè non est deputatus*, uti id ex sacris literis explanavimus, & nihilo minùs iis invitis obtruditur invitâ Scripturâ, *non nisi maxime violentus* judicari debet.

XXXIX. Sic porro, si *Aque in sublimem istum locum actæ fuissent*, ex eoque *earum situ ad publicum universi commodum utilitas redundare possent*; non inconvenienter fuissent locatæ; siquidem vel ex fugâ vacui constat,

quomodo privata cedant publicis, & quomodo nunc corpora gravia sursum, nunc levia deorsum ferantur contra suam privatam naturam, dummodò vacuum, vulnus illud universi, declinent; verum nec eò loci, uti in proclivi jam est, sunt demandata; neque ex isto positu commodi quicquam ad universum promanare potest, uti mox notabimus: annon igitur iste locus est inconvenientissimus? judicium sit penes quemcunque.

XL. Tandem Deum pro sua omnipotentia potuisse Aquas trans cælum locare, si voluisset, & ibidem, ne in inferiora loca catervatim proruerent, tenere non negamus; sed inde non sequitur, eum eas ibidem constituisse. Nubes verò frustra asseruntur, quoniam inter eas & has Aquas multum intercedit discriminis. Nubes enim (1) quia aer cum terra unum eundemque constituit globum, suum globum non excedunt vel deserunt, & proinde in eodem facilius foventur; nec ita longo intervallo à suo centro sunt remotæ, sed propius ipsi incumbunt: Aquæ verò supracælestes extra globum suum abreptæ, tantaque viarum intercapedine, à centro disjunctæ, locum planè alienum obtinentes non tolerantur (2) Nubes ex atomorum jam congregatarum coactarumque in aquæ consistentiam congerie genitæ, quamvis ad tempus in aere contineantur; quod tamen contra naturæ vim in loco superiori morentur vel eo declaratum eunt, quod vergentiam ad inferiora retineant, & simul ac supremo earum Directori volupe est, in terram suo pte pondere decidant: at Aquæ hæc ita alligantur à suis Patronis supremo cælo, ut nunquam inde viam ad subjectam terram asseant, nec ibidem contra naturalem inclinationem subsistere dicantur. Sequitur hinc, quod planè alia sit ratio subsistendi in aquis supracælestibus, quàm in nubibus; & quod inde, quoniam nubes assurgunt ad aërem, aquas istas non statim ultra cælum sidereum eodem modo ascendisse existimandum sit.

XLI. Quemadmodum ergo ex allatis nihil contra nos, statuentes aquis naturaliter supra cælum locum concedi non posse conficitur, ita nec eò quicquã proficitur quod Kircherus Itin. Ecstatic. Itinerar. I. Dialog. 2. c. 7. p. 424. 425. non aquas supra cælum uti in terrâ, crassas, seculentas, corpulentas, sed maximè subtiles, pellucidas & ab omni terrena contagionis miscellâ purgatissimas existere asserit. Quamvis enim eas, si existerent, puriores, & terræ consortio non ita inquinatas esse largiremur; aquæ tamen naturam, & uti Kircherus insequ. habet, roris obtinerent & madore eo inducerent tanto penetrantiorum, quanto hæc aquæ inferioribus subtiliores sunt: & ideo naturalem illam potentiam deorsum tendendi non exuerent minus quam Ros, qui inferioris aeris hospes in gramina folia & flores decumbere solet insitâ gravitate, licet non ita densè

sc̄

sè, confertim ac celeriter irruere soleat, uti pluviam. Imo plus Kircherus de jure remittit, quam nos postulamus, quando *quasi rorem* salutat *istas aquas*: Ros enim quia ex *effluviis crassiusculis* gignitur, non eo usque ascendit, quousque *nubes*; sed nec tam diu in aère versatur, citò propriam repetens *sedem*. De Roris itaque *crassitie* si Aquæ suprac participarent, *facilius sanè & citius* descenderent.

XLII. (3.) Urgemus, quod nullus usus afferri possit, quem hæc Aqua in *caelo conclusæ præstent*: cum tamen aliàs reliqua corpora naturalia omnia, quocumque tandem in loco degant, certum sibi conjunctum habeant finem, quem quodammodo intellectu assequi liceat. Frustrà ergo ibi stantur, ubi nullam ex se diffundunt utilitatem.

XLIII. Non audiendi sunt hic, qui vel *frena injicienda arbitrantur Rationi nostræ*, ne ea, quæ vel ignorat, vel non capit, neget; vel *universalis sine*, quo hæc Aquæ *mundum integrant*, Deique *laudibus materiam subministrant*, contenti quiescunt: ab ulteriori inquisitione deterriti eam *ob causam*, quia neque *muscæ, culicis, pulicis aut lapidis speciales fines nobis sunt cogniti*, quorum tamen existentiam in dubium non vocamus.

XLIV. Illi enim frustra Rationi nostræ subtrahere conantur, quæ tamen Deus ei submisit, ut non tantum Dei omnipotentiam, sapientiam inde eruat, sed & in *usibus*, quos homini præstant omnia, summam Creatoris in *humanū genus bonitatē* propensionemque agnoscat non obscuris *characteribus impressam*: Hi male in *universalibus finibus* subsistere gaudent, ubi non statim in *specialissimos* penetrare datur; parum attendentes, quam *insignem committant saltū*, quando ab *universalissimis ad specialissimos* prolabuntur *fines*, prætermisissis *specialibus & intermediis*; & quam *imbelli ratiocinio à finibus muscæ, culicis, pulicis, lapidis &c. obscuris* (qui tamen sunt *evidentes*, si forte *specialissimum* quendam excipias) ad *harum Aquarum usum*, non ita *solicité*, quia nos latet, *indagandum argumententur*: quasi nim. *Aquæ ignorato usu nihilominus existere possent*, non secus uti *muscæ &c.* Quin illi tenentur, *uti muscarum, culicum &c. fines speciales adduci possunt*, ita *harum Aquarum usus protrahere speciales*.

XLV. Neque illi tolerari possunt, qui vel *insigne* Aquas hæc *emolumentum præbuisse* autumant, dum supra *caelo translatae terram* eo *aquarum cumulo*, quo ante *premebatur*, liberarunt, ut hoc *fasce levata* hominibus aliisque animalibus rite *inservire* posset: vel eo *sine supremū isū locum* inhabitare credunt, ut *insignem stellarum ardorem temperent*, mitigentque.

XLVI. Tam enim hi quam illi videri possunt Deo ter O. M. *maculata*

lam quandam aspergere, quasi vel plus aquæ, quam usui futurum esset, condidisset, ut a deo superflua pars, ne mundo noceret, veluti extra mundum abjicere opus habuerit; vel plus ignis stellis indidisset, quam subcœlestia corpora requirerent, debitaque aliorum principiorum proportio temperare posset, ut ita aquæ vicinia illi infringendo fuerit destinanda.

XLVII. Kircherus l. c. p. 426. tantum iis tribuit usum, ut sine eo mundus consistere non possit. Hæ enim Aquæ id in megacosmo præstant, quod in microcosmo homine nutrimentum, & sunt Naturæ veluti ubera quadam, quæ omnibus mundi corporibus sufficientissimum & inexhaustum alimentum præbent.

XLVIII. Speciosum quidem hoc est placitum, & dignum tubacillimo Kircheri ingenio; verum nudè illud proponitur, nec ullo rationum satellitio stipatur: hinc vereor ne magis in cerebro Kircheriano, quam in universo deprehendatur.

XLIX. Si enim omnia totius mundanæ fabricæ corpora alimentum ex iis haurire deberent, utique illis Aquis convenientior locus, in medio scilicet universi, assignandus fuisset: ut hoc modo tam ad inferiora quam superiora corpora nutrimentum illud distribui commodius potuisset.

L. Deinde non possumus ab animo impetrare, ut credamus, hisce, si darentur, Aquis idoneum inesse alimentum, quod omnis generis corporibus suffici possit. Ejusmodi enim alimentum non ex aqueo tantum principio, sed omnibus aliis constare debet: cum tamen hæc Aquæ, ipso concedente Kirchero, à terrenæ contagionis miscellâ sint purgatissima, & ideo omnibus corporibus nutriendis non accommodatæ. Et quis sponsor nobis erit, quod non etiam ab aliorum principiorum commercio liberæ sint & nutritioni corporum hoc minus aptæ.

LI. Tandem si vel maximè omnia hisce Aquis principia vellemus affingere, Aquæ tamen plurimum iis concedendum esset, siquidem Aquæ nomenclaturam iis vindicare luberet. Jam verò, quomodo illud corpus, quod maximam partem ex aquis est conflatum, sideribus quæ maximâ ex parte sunt ignea, aut aliis corporibus igneis in alimentum cedere posset?

LII. Quæ cum ita sint, neque hæc Aquæ vel à Scripturâ supra cœlum exaltentur, vel ullis rationibus eò sublimentur; nos merito hanc sententiam repudiamus, & ad nostram meliorem in mediū proferendâ accessum facimus.

CAP. IV.

Sententiam eorum, qui Aqua suprac. pro nubibus habent, citat, eademque objectionibus dilutis approbat.

Tan-

TAndem sistimus eam sententiam, quæ aqua supracælestes nihil aliud censentur esse quam nubes, quia expansam, quod has aquas ab invicem dividit, non nisi pro aëre accipi potest, salvo textu sacro. In aëre verò non est, quod *Aquarum nomen ab aquis inferioribus separatarum & sublimatarum tueri possit præter nubes.* Neque enim atomi aquæ per inum aërem disiecta atque dispersa, quarum beneficio aër humedat, aquarum earum nomine sunt appellandæ, quippe quæ non habent earum consistentiæ, neque supra hoc expansum sunt positæ.

II. Hac verò de nubibus opinio non minùs, quam præcedens jactitat *Vires famâ super aethera notos, uti Tremellium, Iuxium, Mercerum, Beroaldum, Flacium, Percerium, Paræum, Aslachum, Schindlerum, Casmannum &c.* qui ad unum omnes pro ea tanquam pro artis pugnant & focus.

III. Et sanè, quòd in sacris literis expressè inculetur, reusque sit consentanea, non dissitebitur ille, qui caput nostrum tertium attento animo percurrent.

IV. Neque iis objectionibus, quibus prior opinio patebat, hæc est obnoxia, quia (1) de usu Nubium certissimum, quod nimirum Deus ter O. M. ex iis, tanquam e penu quoddam depromat aquas, quibus terram, plantasque omnes irriget humectetque, sed & animalia reficiat.

V. (2) Non ita implicat, Nubes in aëre, superiori loco, versari, quam implicat Aquas suprac. supra calum sidereum esse locatas, consule cap. 1h. 41.

VI. Neque (3) tanta inæqualitas inter nubes & aquas marinas intercedit, quantum intercederet inter Aquas suprac. & hasce inferiores. Quod enim Nubes insignem aqua copiam, & quæ ad marinas proportionem obtineat, suppeditare possint, sufficienti indicio est quantitas ea, quæ ex pluviis diutius sese & densius trudentibus colligitur.

VII. Hæc ita comparatis, acriter tamen instat *Adversariis nostri*, & hoc nostrum enunciatum ut expugnet, reliqua argumenta, quæ ipsis sunt post principia, conglomerant: quæ quamvis in præced. capite subnectenda statim fuissent primo; hanc tamen sedem non immerito occupant, quoniam è diametro nubibus nostris obijciuntur.

VIII. Reperunt ergo Nubes Aquarum suprac. nomine non venire, neque expansum aëri, quia (1) aqua ista in textu sacro supra expansum prostrantur: at nubes non supra aërem, sed in mediâ ipsius regione morantur.

IX. Respondemus (1) nondum liquidum esse, \aleph hic supra significare. Plurimi enim Hebræarum literarum peritissimi \aleph exponunt non per supra sed de super, & statuunt \aleph ponendum fuisse non \aleph , siquidem supra denotari debuisset. Hac admiffa significatione \aleph potiori jure Nubibus applicatur, quam celo sidereo: nubes enim sunt de super, vel à supera regione aëris, quoniam in aere sunt suspensæ; & ita ex supera parte aëris (quippe cujus secunda regio, respectu infimæ, non nisi supera dicenda) semper deorsum nurant, (2) Si supra tolerandum esset, Nubibus tamen nostris nihil inde decederet. Sunt enim nubes positæ supra aërem, infimum scilicet, qui uti pars homogenea totius nomen retinet. Nec est, quod supra totum aërem nubes coniectas velint, siquidem textui debeat satisfieri; quia de toto expanso negry quidem exstat.

X. (2) Quia Nubes tum temporis, secundo nîm creationis die nondum actus existierunt, Non existisse eas probant, partim ex Gen. c. 2. v. 5. & 6, ubi Deus dicitur

noa-

nondum pluvias demisisse in terram; parvum quia nubes sunt meteora, virtute siderum in mediam aeris regionem sublata; at sidera quatio demum de Deo sunt producta.

XI. Respondemus, hac antisthebi planè non pessundari sententiam nostram de Nubibus. Nulla enim (1) est sequela: nondum pluvia tum temporis terram humectarat, E. nubes nondum aderant. Quod enim nubes sæpissime in secunda aeris regione sint præsto, nostrisque videantur imminere cervicibus; nec tamen statim inde pluvia ingruat, sed sæpe ad aliquot dies coerceatur, quotidiana experientia docet. Quare ergo tum quoque temporis pluvia non potuit ad tempus inhiberi? præsertim, quia nec terra, nuper aquis demùm evoluta, etiamnum madida, eâ egebat, nec tenera plante, quibus, quia satis è matre hauriebant alimentum, ros sufficiebat. (2) Neque hoc sequitur: sidera tum aberant, E. nec nubes generari poterant. Potuit Deus immediate aquas istas, sine siderum interventu; iussisse ascendere in aërem; vel, si hoc minus arrideat, Lucem primævam, quæ stellis deinde in materiam cessit, hic siderum vicem supplere, pronunciamus.

XII. (3) Quia Nubes non sunt perpetua, qualia tamen corpora in textu innuuntur; sed mutabiles in horas, perpetuas subeuntes mutationes, ita ut nunc ad sint & in Horizonte conspiciantur, nunc cælo sereno evanescant.

XIII. Reponimus, nubes esse perpetuas, semperque in aere presentes: quamvis enim non noster aut hic vel ille semper Horizon sensibilis obfuschetur, alii tamen Horizontes obnubilantur. Neque enim censemus, propitia veritate affirmari posse, omnes Horizontes, vel totum aërem toti telluri circumfusum, simul à nubibus esse vacuum. Deinde vix id de uno Horizonte sustineri potest: quam facillè enim vel Ventus nubeculam jam genitam ita desiccare, vel etiam radii solares eam ita dispellere valent, ut visui subtrahatur, cum nihilominus sit? Tandem licet hac vel illa in hoc vel illo Horizonte pereat nubes; alia statim in locum substituitur materia, è qua nova regenerari possit, ut vel hoc nomine Nubes perpetua dici queant.

XIV. (4) Quia Nubes non sunt Aqua. Uti E. aqua nec est nec dici potest nubes, ita & nubes nec est nec dici potest aqua.


XV. Respondemus in sacris literis aperte Nubes aquas appellari, uti Ps. 104. v. 3. Job. 26. v. 8. Ps. 148. & hoc vocabulum ritè eis convenire, præter Scripturam Naturæ consensus evincit. Quoniam enim nubes maximam partem ex aquis constant, quam ex materiâ, & hæc aqua in nubibus jam genitis non amplius eam obtinent formam, quam obtinebant quando in atomos resoluta, lebesque & renus reddite viam ad mediam aeris regionem affectabant; sed ad aqua jam consistentiam penitus reversæ, aqua densitatem, gravitatem, humiditatem, frigiditatemque perfectè referunt: utique nomen quoque Aquarum ad se merito trahunt.


XVI. Sed inquit quis, quidnam ergo discriminis constituendum est inter aquas & nubes, si nubes eodem jure de aqua nomine participant, quo ipsæ Aquæ? Respondemus, Nubes factas & aquas non differre ab invicem, nisi solo loco: ita ut Nubes tantum sint aqua, quæ in aeris secundâ regione deprehenduntur; alia verò aqua in terris qualicumque etiam loco reperiantur.

F I N I S.












Varia

nondum
in medi
XI
Nubibus
clarat,
ne sint p
ingruat
tium qu
ra, nup
bus, qui
dera tu
stas, se
Lucem,
pronun
X
putant
in Hori
X
enim n
zonnes
Horiz
Deinde
jam ge
trahat
reat n
vel hoc
bes, in
X
v. 3. J
tura ce
quam
quam
diam
densit
men q
X
Et mi
mus.



in terram; partim quia nubes sunt meteora, virtute siderum
sublata; at sidera quarto demum die a Deo sunt producta.
hac antiheli planè non pessundari sententiam nostram de
(1) est sequela: nondum pluvia tum temporis terram hume
laderant. Quod enim nubes sapissime in secunda aeris regio
videantur imminere cervicibus; nec tamen statim inde pluvia
ot dies coarceatur, quotidiana experientia docet. Quare ergo
via non potuit ad tempus inhiberi? præsertim, quia nec ter
voluta, etiamnum madida, eâ egebat, nec tenera plante, qui
riebant alimenti, ros sufficiebat. (2) Neque hoc sequitur: si
ec nubes generari poterant. Potuit Deus immediate aquas
entu, iussisse ascendere in aërem; vel, si hoc minus arrideat,
tellis deinde in materiam cessit, hic siderum vicem supplēvisse.

Nubes non sunt perpetue, qualia tamen corpora in textu innui
n horas, perpetuas subeuntes mutationes, ita ut nunc ad sint &
tur, nunc cœlo sereno evanescent.

, nubes esse perpetuas, semperque in aëre presentes: quamvis
el ille semper Horizon sensibilis obfuscat, alii tamen Hori
Neque enim censemus, propitia veritate affirmari posse, omnes
erem toti telluri circumsumum, simul à nubibus esse vacuum.
rizonre sustineri potest: quam facile enim vel Ventus nubeculam
e; vel etiam radii solares eam ita dispellere valent, ut visui sub
us sit? Tandem licet hæc vel illa in hoc vel illo Horizonte pe
in locum substituitur materia, è qua nova regenerari possit, ut
perpetua dici queant.

Nubes non sunt Aqua. Uti E. aqua nec est nec dici potest nu
nec dici potest aqua:

us in sacris literis aperte Nubes aquas appellari, uti Ps. 104.
48. & hoc vocabulum ritè eis convenire, præter Scripturam Na
Quoniam enim nubes maximam partem ex aquis constant tan
que in nubibus jam genitis non amplius eam obtinent formam,
lo in atomos resoluta, levesque & tenues reddita viam ad me
ctabant; sed ad aqua jam consistentiam penitus reversæ, aqua
e, humiditatem, frigiditatemque perfectè referunt: utique no
ad se merito trahunt.

quis, quidnam ergo discriminis constituendum est inter aquas
in jure de aqua nomine participant, quò ipsæ Aquæ? Responde
guas non differre ab invicem, nisi solo loco: ita ut Nubes ea
qua in aeris secundâ regione deprehenduntur, alia vero
in terris qualicumque etiam loco reperiantur.

FINIS.